cervice pendet, non Siculae dapes
dulcem elaborabunt ſaporem:
non avium, citharaeque cantus
ſomnum reducent. Somnus agreſtium
lenis virorum non humilis domos
faſtidit, umbroſamque ripam,
non Zephyris agitata Tempe.
Deſiderantem quod ſatis eſt, neque
tumultuoſum ſollicitat mare:
nec ſaevus Arcturi cadentis
impetus, aut orientis Hoedi:
non verberatae grandine vineae,
fundusque mendax; arbore nunc aquas
culpante, nunc torrentia agros
ſydera, nunc hymes iniquas.
Contracta pisces aequora ſentiunt
iactis in altum molibus. Huc frequens

Geſchriebene Seite Lateinſchrift / Eva Aſchoff